



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno DCXLIX. ad annum DCLXXVI.

Parisiis, 1644

III. Ne vasa Domini sacrata, humanis vsibus seruiant.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15300

ANNO
CHRISTI
675.

permixtum: de cetero aliter quam præceptum est
faciens, tamdiu a sacrificando cessabit, quamdiu
legitima pœnitentiæ satisfactione correctus, ad
* quod gradus sui officium redeat, * quem amisit.

III.

Omni cura omnique studio prouidendum est,
ne hi qui locum videntur regiminis obtinere, con-
tumeliam videantur inferre cœlestibus sacramen-
* terribi- tis. Etenim, quod & auditui * horribile, & visui exe-
le, crabile iudicatur, relatum est nobis quod quidam
sacerdotum sacrilega temeritate præcipites, vasa
* come- Domini in proprios vsus assumant, epulasque sibi
dendas in eis * comesuras apponunt. Quod malum & ob-
stupentes deflemus, & deflentes obstupescimus; vt
illic humana temeritas sibi epulum præparet, vbi
sanctum Spiritum cognoscitur aduocasse: & ibi
esum carniū crapulatus assumat, vbi diuina visus
* tantum est celebrasse mysteria; & in quibus * tantæ rei sa-
sibi offer- cramentum pro expiatione delictorum * percepit,
ri sacra- in his expleat voluntatem ludibrii sui. Et ideo hu-
mêta pro * præce- ius de cetero præsumptionis persona, quæ sciendo
pit, in his expleat voluntatem ludibrii sui. Et ideo hu-
ius de cetero præsumptionis persona, quæ sciendo
diuina vasa, vel ministeria, aut in vsus suos transtu-
lerit, aut comedere in his, vel poculum sibi sumen-
dum elegerit, gradus sui vel officii periculum susti-
nebit: ita tamen vt, si de sæcularibus fuerit, perpetua
excommunicatione damnetur, si vero religiosus,
ab officio deponatur. Sub hac quoque damnationis
sententia & illi obnoxii tenebuntur, qui ecclesiasti-
ca ornamenta, vela, vel quælibet alia indumenta,
atque etiam utensilia sciendo in vsus suos transtule-
rint, vel aliis vendenda, vel donanda crediderint.